



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

70. De oratione facienda ad lucrandum Jubilæum. Ex p. 5. t. 12. r. 33.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

# Tractatus Quartus

174

## RESOL. LXIX.

*Quot Ecclesiae in Iubilao visitandae sunt?  
Et quid si Episcopus deputaret plures Ecclesias, quam  
sunt à Papa prescripte in Urbe?  
Et quid vero, si Ordinarius pauciores Ecclesias, aut unam  
tantum deputet? Ex parte 5. tractatu 12. Ref. 56.  
alias 55.*

**S.1.** *F*iliuclius tom. 1. tract. 8. cap. 10. num. 174. & Leo  
de Iubilao, p. 2. num. 131. afferunt sufficere duas  
tantum visitare. Sed in casibus contingentibus obser-  
vanda sunt verbis Bullæ Iubilaci illaque seruanda, nam  
aliquando Pontifex prescribit tres Ecclesias, iniungens  
fidelibus, ut omnes tres visitent, & sic fecit SS. D. N.  
Urban. V 111. in Iubilao anno 1631. & hoc etiam  
anno 1636.

2. Notandum est tamen hic unum valde notabile  
cum Angelo Bossio de Iubilao, c. 4. cap. 6. num. 6. quod  
si Episcopus deputaret plures Ecclesias, quam sunt à  
Papa prescriptæ in Urbe, tunc censeo sufficere, si tot  
visitentur, quorū fuerint in Urbe assignatae à Papa; nam  
Episcopus non potest onerare priuilegium à Papa con-  
cessum, & presumendum est solum ob maiorem po-  
puli commoditatem, & non ad necessitatem imponen-  
dam plures Ecclesias deputasse. Si verò Ordinarius  
pauciores Ecclesias, aut etiam unam tantum deputaret,  
ut sit in oppidis paucis, in quibus una reperitur Eccle-  
sia, tunc sufficit illam visitare.

## RESOL. LXX.

*De oratione facienda ad lucrandum Iubileum. Ex part. 5.  
tract. 12. Ref. 3.*

**S.1.** *S*vicit orare iuxta mentem Summi Pontificis,  
quaे intentio non est necesse ut sit actualis,  
sed sufficit virtualis, videlicet quod quis audit Iubilæi  
publicacione determinans velle illud consequi, habeat  
tunc propositum orandi & praestandi reliqua iuxta  
mentem Summi Pontificis, licet postea actualiter non  
recordetur, dum orat, aut catena opera praefat. Ita no-  
uissime doctus Bossius in tract. de Iubilao, scđt. 4. cap. 17.  
n. 15. vbi etiam ex aliis probat, quod quando in Bulla  
non prescribuntur certæ preces, sufficit fundere pro  
lucro Iubilæi qualibet preces, & quacunque lingua,  
Latina, vulgari, Gallica, &c. & satis est etiam fundere  
preces alias debitas ex obligatione voti, pœnitentiae,  
&c. Potest etiam quis orare vñà cum socio recitando  
socio lege alternatim preces, & hoc sedendo, stando, & etiam  
int. in tr. 6. operto capite. Et tandem oratio pro obtainendo Iubi-  
lao, sufficit quacunque etiam minima & brevis. Ita  
Et pr. se. Bossius vbi supra, cum Leone de Iubil. p. 1. cap. 18. n. 8.  
quæ in hoc Filliatio tom. 1. tract. 8. cap. 6. n. 164. & 165. Sua. tom. 4.  
& oratio. diff. 52. scđt. 8. num. 5. & alij, quicquid in contrarium  
ne minima afferat Polachus de Iubilao, scđt. 42. n. 57. & Coninch-  
rio tantu hic de Sacram. diff. 12. dub. 6. num. 34. Consulendum tamen  
citato in tr. est omnibus ut prolixam & deuotam, quantum fieri  
2. Ref. 59. § potest, orationem faciant.  
De quātitate, signanter  
post med.

## RESOL. LXXI.

*De quibusdam dubiis circa Iubileum anni Sancti. Primum  
an per Bullam Iubilæi huius anni Sancti tollantur In-  
dulgentia plenaria pro mortuis?  
Secundum an tollantur Indulgentia plenaria concessa pro  
articulo mortis?  
Tertium, an tollantur Indulgentia plenaria Ecclesiastarum*

*Vrbis Romæ? Ex part. 11. tractat. 8. & Miscel. 3.  
Refol. 61.*

**S.1.** *T*ria dubia sentio agitanda esse in Congrega-  
tione facienda. Primum, an per Bullam Iubil-  
æi huius anni Sancti tollantur Indulgentia plenaria  
pro mortuis. Secundum, an tollantur Indulgentia plenaria  
concessa pro articulo mortis. Tertium, an  
tollantur indulgentia plenaria Ecclesiastarum Vrbis  
Romæ.

2. Et ad primum, prima facie videatur affirmari Quod  
respondendum, ex regula quod expressio generis ope-  
ratur expressionem omnium specierum. Sed in Bulla  
Iubilæi suspenduntur omnes, & singulæ indulgenties  
ergo etiam, & haec pro defunctis; que, ut negari non  
potest, est species indulgentiae.

3. Sed negatiæ sententia communiter adherent  
Doctores. Vnde Martinus Carrillo, in explicatione Bul-  
la defunctorum, part. 2. cap. 9. num. 9. sic afferit: Las in-  
dulgencias concedidas a las animas de Purgatorio, no  
se suspenden por suspensiones generales, como por la  
suspension de Año Santo, en el qual suspenden quel-  
quier indulgencias, porque la razon que fu San-  
dad tiene para suspender las indulgencias en semejante  
tiempo, es, para que todos los fieles con mas de fe y  
disposicion vayan a Roma a visitar los santos lugares,  
y alli con mayor deuocion ganen el Santo Iubile; la  
qual razon cesá en las animas de Purgatorio, Ira ille.  
Et sic interrogatum Clementem Octauum respondi-  
se testatur Rodriguez de Iubilao, cap. 3. num. 4. & Vi-  
banum V 111. testatur Bonacina de Sacram. dispe-  
punct. 8. num. 2. Probatur haec opinio; quia in Bulla  
Iubilæi non suspenduntur indulgentia absolute, &  
simpliciter, sed ob illam causam, ne Christi fideles  
occasione aliarum indulgentiarum intermitant susci-  
pere peregrinationem ad Urbem pro visitandis Eccle-  
sias id deputatis, que causa finalis, quod mortuos  
cessat. Praeterea, cum huiusmodi indulgentiarum sus-  
pensio sit exorbitans a iure communis, non debet exten-  
di de alio in aliud, saltem vbi non est eadem ra-  
tio: ergo haec indulgentiarum suspensio, quod vi-  
uentes, ex iurata ratione facta, scilicet, vt ipsi Christi  
fideles viuentes non spiritu fidei, & Religionis, quo  
maiori fieri poterit concursu Romanis convenient pro  
Iubilæo consequendo, non debet extendi ad indulgen-  
tias etiam quod defunctos, in quibus nullo modo  
militare potest eadem ratio. Vnde ex rationibus ad-  
dictis patet, quod conclusio a nobis superius fundata  
procedit non solum in indulgentia pro defunctis tan-  
tum concessis, sed etiam de his, quæ viuis conceduntur  
cum facultate ut applicentur defunctis: nam quod  
hanc responsionem eadem est virtusque indulgentie  
ratio, non in quantum viuis concessæ, sed in quantum  
pro defunctis applicandæ; & ideo applicatio indulgen-  
tiarum per modum suffragij, quam concedunt Ponti-  
fices in eorum indulgentiis, idem est, ac concessio pro  
defunctis: Quod ex Cardinali Lugo putat Quinta-  
nuducnas in Appen. ad Iubil. tract. 8. quæ p. 14. num. 4. &  
ideo nostram sententiam negatiæ circa praesens di-  
bium, præter Quintanuducnam, & Carillium citatos,  
mordicus tenet Trullench in Bullam Cruciatæ, lib. 1.  
§ 9. dub. 4. num. 3. Layman lib. 5. tract. 7. capit. ultim.  
num. 1. Lauorius de Iubil. part. 1. cap. 10. num. 16.  
Lezana in summa, tom. 3. verb. Iubileum, num. 5. Bossius  
discept. 3. dub. 1. num. 13. Aluccius de Iubilao, cap. 1.  
num. 20. Rota tract. de Animab. Purgat. cap. 14. Rodri-  
quez de Iubil. cap. 3. num. 4. Sacchettus de Iubil. cap. 9.  
dub. 18. Castrus Palauis tom. 4. tract. 14. punct. 11. num. 7.  
Peyrinus tom. 1. priuileg. Confit. 7. Leonis X. n. 4. & alijs.  
Nec virga argumentum contrarium in principio pos-  
sum: nam tunc expressio generis denotat expressio-  
nem specierum, quando militat eadem ratio; sed in